# M. TVL. CICERONIS SOMNIVM SCIPIONIS,

## EX LIBRO DE REPVB: SEXTO.

QVVM in Aphricam uenissem, Anitio Manilio COS. ad quartā legionē Tribunus (ut scitis) militū: nihil mihi potius fuit, quā ut Masinissā conuenirē, Regē familiæ nostræ iustis de causis amicissimū. Ad quē ut ueni cōplexus me senex, collacrymauit, aliquantoq; pòst suspexit in cœlū, Et grates, inqt, tibi ago sūme Sol, uobisq; reliq cœlites, q antequā ex hac uita migro, cōspicio in meo regno, et his tectis P. Corneliū Scipionē, cuius ego noīe ipse recreor: itaq; nūquā et animo meo discedit illius optimi atq; inuictissimi uiri memoria. Deīde ego illū de suo regno, ille me de nostra Repub. percōtatus est: multisq; uerbis ultro citroq; habitis, ille nobis est cōsūptus dies. Pòst aūt apparatu regio accepti, sermonē in multā noctē produximus, quū senex nihil nisi de Aphricano loqueretur, omniaq; eius non facta solum, sed ēt dicta meminisset. Deinde ut cubitū discessimus, me & fessum de uia, & qui ad multam noctē uigilassē, arctior quàm solebat somnus cōplexus est. Hic mihi (credo equidē ex hoc quod eramus locuti. Fit.n. ferè ut cogitationes sermonesq; nostri pariāt aliquid in sōno tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo uidelicet sæpissimè uigilans solebat cogitare et loqui) Aphricanus se ostendit ea forma, que mihi ex ima-

Macrobii Ambrosii
Aurelii Theodosii
viri consularis et
illustris. —
Ven. Jo. Gryphius
excud. 1580